Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35453
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Apparuit
benignitas et humanitas
salvatoris nostri Ihesu Christi
Dicitur in vulgari qui longe est
ab aliqua re et si eam vehe-
menter desiderat necesse est ut per
viam qua ad eam veniat in-
quirat. Longe erat peccator adeo
et ideo necesse erat ut quereret viam
quomodo deum inveniret et hoc
non potuit facere per se. Sed deus
primo misit prophetas humano generi
qui ipsum instruerent ut ipsum
invenirent. Sed maiores quidam
prophetarum subterfugium quesierunt
se excusando. Moyses ait quod
esset inpedite lingwe. Jeremias quod
esset puer. Ysaias quod haberet pollu-
ta labia. Et illa excusacio non
erat aliunde nisi quod doctrina ipsorum
non poterat imprimere cordibus au-
ditorum licet instruerent verbo et
opere. Sed dominus noster motus in propria
venit persona in hunc mundum
ut hominem liberaret. Et ideo dicit
paulus Apparuit benignitas et ce-
tera. Notandum quod dominus temporale benig-
nitatem triplicem ostendit. Pro pecca-
toribus veniendo in hunc mundum
primo venit propter hoc in hunc mundum
ut peccatorem salvum faceret. Unde
paulus Propterea Christus venit in
mundum ut nos salvos faceret. 2°
ostendit benignitatem in hoc

quod de magnis peccatoribus fecit
magnos sanctos ut patet in beato
paulo. In augustino. In maria
magdalena. Quia primo ostendit peccatoribus
misericordiam suam quod propter eos venit in mun-
dum. Sed quomodo. Nota si essem
clausus in carcere et veniret
amicus meus et inde me liber-
aret magnam michi ostenderet
benignitatem. Si vero veniret
inimicus meus et inde me liber-
aret maiorem michi ostenderet be-
nignitatem quam amicus. Quare? Quia
amicus causa amicicie tenetur ut
me eripiat. Inimicus vero non.
Sic et Christus fecit qui liberavit
bonos scilicet prophetas qui clamaverunt
ad dominum Veni ad liberandum nos
domine deus virtutum. In hoc appa-
ruit sua magna benignitas
non enim meruimus liberacionem
de morte eterna et perpetua dap-
nacione. Nota legitur de duobus
incarceratis Uno bono et alio
malo. Bonus Joseph malus
Manasses. Utrumque tamen liberavit
dominus. De Joseph dicitur quod propter
iusticiam fuit incarceratus quia noluit
malum facere in dominum suum et ideo
fuit dominus secum et liberavit eum
quod dicit propheta Non vidi iustum
derelictum etc. Sed de eo. Sed de
Manasse inter alia legitur iiii Regum